UN EPISODIO DE LA PERSECUCION JUDIA DE 1391

El documento que damos a conocer nos situa en uno de los momentos más tristes de la historia de los judíos de Gerona, ya que se refiere al asalto del *Call*, que tuvo lugar el 10 de agosto de 1391, festividad de San Lorenzo. Nos ofrece un caso poco corriente de convivencia entre judíos y cristianos y constituye un ejemplo de firmeza en sus convicciones de la mujer judía.

Ciertamente no fué Gerona ni la primera ni la última de las ciudades en que se produjeron violencias de esta naturaleza, pero es cierto también que en aquella ocasión la ciudad no estuvo a la altura de las circunstancias.

El hecho ha sido explicado, entre otros, por historiadores locales como Girbal y Chia [1] con apoyo de la documentación municipal; por tanto no toca a nosotros historiarlo de nuevo. Nuestro documento, procedente del Archivo Episcopal, no mencionado tampoco por Baer, [2] viene a confirmarnos el refugio que encontraron los desgraciados hebreos en la Torre Gironella, que para su protección prestó el «castlan» de la misma Ramón de Lloret no sin un crecido sueldo, y por otra parte se desprende claramente que no se obligaba a los judios a bautizarse si no era que espontáneamente lo pidieran.

Por su fecha, 27 de septiembre, cabe situarlo después del asalto del 10 de agosto plenamente logrado y unos días más tarde del fracasado segundo ataque del 21 de septiembre y, en suma, nos dice como Francisco Guillermo de Vilaritg, judío converso, casado con Tolrana, como ésta no quisiera convertirse a la fe de Cristo ni cohabitar con él según forma ordenada por la santa Iglesia, hizo, ordenó y constituyó su procurador al discreto Francisco Cervera, presbítero de Gerona, para que requiriera a dicha Tolrana para vivir con su marido sin injuria ni blasfemia del nombre de

[1] E. C. GIRBAL, *Los judíos en Gerona*, (Gerona, 1870), 23-28; JULIÁN DE CHÍA, *Bandos y bandoleros* I (Gerona, 1888), 170-187; En este mismo volumen véase el trabajo de nuestro amigo Sr. Sobrequés: *Familias hebreas gerundenses. Los Falcó*, pág. 122-3 que también lo menciona.

[2] BAER, *Die juden im christlichen Spanien*, I (Berlín, 1929).

Cristo y sin procurar atraerle al judaismo, ofreciendo, si esto quisiera, vivir juntos según forma dispuesta por la Iglesia para los matrimonios entre cristiano e infiel. De todo lo cual se hizo instrumento público el día 27 de septiembre de 1391, en casa del presbítero de capítulo Arnaldo de Colomer, a presencia de éste y de los testigos Bernardo de Font y Bernardo Guixar, sastres y ciudadanos de Gerona.

Seguidamente al atardecer del mismo día, ya provisto del conveniente poder, Francisco Cervera se dirigió a la torre Gironella y junto al primer peldaño de la escalera por la cual se sube a la misma, siendo testigos Pedro Cerdá, Jaime Arlovin y el judío Asanell Çerb «et plurium aliorum cristianorum et judeorum» y delante dicha Tolrana judía, esposa de Francisco Guillermo de Vilaritg y en nombre de éste la requirió para volver a vivir con su marido en la forma dispuesta por la Iglesia entre cristiano y judía, a lo cual respondió dicha Tolrana que siendo su marido cristiano y ella judía no quería en ningún modo estar ni habitar con su marido ni hacerse cristiana y que por ningún concepto renunciaría al judaísmo. De todo lo cual el notario Luis Carbonell levantó la correspondiente acta en la fecha indicada.

«Noverint universi. Quod in mei notarii publici et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus venerabilis Franciscus Guillermi de Villaricho civis Gerundensis. Attendentes ut dixit quod Tolrana uxor sua ipso ad fidem Christi converso nudius Spiritus sancti gratia illustrato, non volebat ad ipsam fidem converti, neque alias secundum formam sancte matris ecclesie secum cohabitare, ut sibi fuerat relatum. Attendentes etiam quod ipse nequebat ad illam accedere commode personaliter et super predictis requirere eadem, sibique protestari et alia inde necessaria facere prout decet, pro tanto, gratis et ex certa sciencia fecit, constituit et etiam ordinavit, procuratorem suum specialem, actorem factorem, negotiorum gestorem et nudius specialem discretum Franciscum Cervera presbiterum Gerundensis ibidem presentem et onus procuratoris huiusmodi in se sponte suscipientem, ad requirendum videlicet per ipso constituento et eius nomine dictam Tolranam uxorem suam judeam de cohabitando cum ipso viro suo fideli sine injuria et blasfemia nominis Christi, et non ut eum traheret seu traere intereset ad judaismum seu infidelitatem, vel ad aliquod pecatum mortale, offerendum que ipsi uxori sue, seipsum promptum et voluntarium, esse et cohabitare libenter cum illa si ipsa hoc velit, ut prefertur, et alias prout decet virum fidelem cum uxore infideli secundum formam a Sancta Ecclesia catholica ordinatam ipsaque om-

nia illi intimandum, indeque protestandum, et alia omnia faciendum, dicendum, proponendum, gerendum, exercendum et etiam procurandum, que in premissis et circa ea ac eorum quodlibet necessaria fuerint vel etiam opportuna queque ipsemet constituens faceret seu facere posset si presens personaliter interesset› etiam si mandatum exigerent speciale, premisitque ipse constitutiones dicto eius procuratori, et mei notarii tamquam publice persone, hec et alia supradicta stipulata legitime et recipienti pro ipso procuratore, ac etiam vice et nomine omnium quorum interesse et posset quolibet interesse predicta omnia et singula se ipsum semper rata, grata et habiturum, in nulloque contra facere vel venire, jure aliquo sine causa sub omnium bonorum suorum ubique habiturum et habendorum ypotheca et obligatione peciit et cautela. De quibus omnibus iidem constitutiones peciit pecierunt et requisiverunt sibi et utraque fieri et tradi publica instrumenta per me notarium publicum infrascriptum. Que fuerunt acta Gerunde in hospitio habitationis venerabili domini Arnaldi de Columbario presbiteri de capitulo Gerundensis die xxvii mensis septembris hora vesperorum ipsius diei anno a nativitate Domini m.ccc.xc primo ac presentibus prefato venerabili domino Arnaldo de Columbario ac Bernardo de Fonte et Bernardo Guixar sartoribus civibus Gerundensis pro testibus ad premissa vacatis specialiter et rogatis.

Et subsequenter ipsa eadem die paulo post predicta, prefatus Franciscus Cervera procura et procuratorio nomine supradicto juxta Castrum Gerundelle nuncupatum in dicta civitate videlicet apud primum gradarium quo ascendit ad dictum castrum in mei dicto notario et testium videlicet Petri Cerdan draperii, Jacobi Arlovin barberii civium, et Assanelli Çerb judei Gerundensis et plurium aliorum cristianorum et judeorum ibidem presentium ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia, ac coram dicta Tolrana judea dicti Francisci Guillermi de Villaricho uxore ibidem personaliter adjuventa et aprehensa, personaliter constitutus ipsam Tolranam presentem et intelligentem intimatis tunc illi primitus per me ipsum notarium ad ipsam procuratoris requisitionem ibidem factam omnibus in dicta procuratione sua contentis requisivit pro ipso venerabili Francisco Guillermi viro suo et eius nomine quatenus, ipsum suum virum christianum et fidelem adiret ac que cum illo tempore viro suo staret et cohabitaret prout decet virum catholicum et fidelem cum uxore sua judea et infideli' et e contra sine injuria et blasfemia nominis Jhesu Christi, et propter ex proposito firmo que illum non traheret seu trahere miteretur ad judaismum seu infidelitatem, vel ad aliquod pecatum mortale aut aliquid contra fidem catholicam seu ordinationes sancte matris ecclesie super his editas faciendo, perque isto modo, ipse vir suus erat paratus ac promptus illumque paratum et promptum idem procurator offerebat et obtulit dicte uxori adhere illamque admitere, se-

cumque cohabitare libenter et stare prout decet virum catholicum et fidelem cum uxore sua judea et infideli, protestando etiam illi ipse procurator dicto nomine expresse et sollemniter interveniente in his omnibus stipulatione legittima et sollemni quod non stabat per ipsum virum principalem suum, sicut per ipsam Tolranam ac que alia ipse vir principalis super predictis, et super contrahendo cum alia ac aliis mediis necessariis reticeret ad juris et alia remedia opportuna. Ipsaque Tolrana respondendo predictis dixit quod cum dictus vir suus erat christianus et ipsa judea nolebat aliquo modo stare vel habitare cum ipso viro suo nec se facere christiana, imo renunciaretur in judaismo semper, de quibus omnibus ipse Franciscus Cervera procurator peciit et requisivit sibi et dicto principali fieri et tradi publica instrumenta per me Ludovicum Carbonelli clericus et notarium publicum Reverendi Domini Episcopi Gerundensis. Que fuit acta Gerunde die mense, hora et loco, ac presentibus testibus supra proxime enarratis».

Archivo Episcopal. *Manual núm. 18.* (B. n.° 20) fol. 5.

LUIS BATLLE Y PRATS